

Heinrich Rudolph Redecker

**Henricus Rudolphus Redeker/ IC. Antecessor Univers. Rostoch. ... ad Disputationem inauguralem, quam, De Exceptione Non Numeratae Pecuniae, Suffragio & decreto Nobiliss. Ictorum ordinis Dn. Johan Christian. de Bähr/ Tundera Holsat. Die 9. Augusti, ... officiose invitat : [Rostochii, Sub Sigill. Facult. Iur: 29. d. Iulii Anno 1677.]**

Rostochii: Kilius, 1677

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740053671>

Druck Freier  Zugang



Ausnahme bündelweise  
Verkehr


R. U. für 1677

Heinrich Rudolf Reuber, Pmsr.

Johann Christian de Dahr, Resp.

Mit Progr.







56  
HENRICUS  
RUDOLPHUS *Redeker* /  
JC. Antecessor Univers. Rostoch.

& Ampl. Facultat. Jur. Decanus,

ad

Disputationem inauguralem,

quam,

DE EXCEPTIONE  
NON NUMERATÆ  
PECUNIÆ,

Suffragio & decreto Nobiliss. Jētorum ordinis

DN. JOHAN. CHRISTIAN.

de *Bähr* / Tunderâ Holsat.

Die .9. Augusti, in Auditorio Majori, publica disquisitioni  
expositurus est,

Magnificum Dn. Rectorem, omnesq; Litera-  
tos & Literatorum Fautores observanter  
& officiosè invitat.

---

Rostochii, Typis Hæred. JOHANNIS KILII, Acad. Typegr.

1677





Salutem!



Væ primâ fronte, & externâ sui specie, tenuis parvaq; , adeoq; intellectu facilis, videri potest, *Exceptio non numerata pecunia*, ita ut novo Justiniano, & cuivis, practico iudicio pollenti, ceterum civilis doctrinæ peritiâ experti, liquida & comperta censeatur: Illa, si ex Legum abstruso recessu aliûs repetatur, & circumundi; ejus spectetur disceptatio, multijugæ & spinosæ quæstionis est, multâq; & curatâ circumspectentiâ atq; industriâ indigens. Siquidē difficultates objicit explicatu nodosæ, & tantum non, ænigmatibus involuta, Clarissimorum Jætorum ingenia turbat, atq; in divortia ducit. Sive enim causam hujus argumenti, quæ cautio sine causâ, i.e. frustra emissa, esse perhibetur *l. 1. C. de non num. pec.* sive exceptionem ipsam ex juris latifundio arcessamus, & curatius intueamur, occurrunt passim, quæ, propter varias Legum ambages, doctissimorum Virorum dissensiones, & abstrusas disceptantium opiniones, ambiguum Lectorem sæpiusculè dimittunt, ut jurare quis, illæsi eruditionis & dignitatis existimatione, subinde possit: *Sibi non liquere*. Id autē, ut pauca tantum capita, de quibus in hoc juris articulo variè disceptatur, suspensâ quasi manu tangam. Illud acriter ambigi dubitariq; inter consultos juris videmus, an aliqua oriatur ex literis propriè dicta obligatio? de illo enim olim dubitavit Conanus; nec indoctè minus insubidè disquirunt, Acutissim9 Bachovio, Consultissimus

mus



mus Giphanius, Celeberrimo Rittershusius, Cl. Alchufius, & qui horum vestigia sequuntur, Suth. Wiefenb. & alii; adeoq; putativā potius, ex opinione & præsumto mutuo, judicant obligationem, eamq; legis auctoritate eatenus nisi volunt, ut ex biennii lapsu fides Chirographo adjiciatur, cum & actoris intentio in factā numeratione fundetur. Nec minùs allucinatum fuisse, & emisititiis oculis usum Tribonianū (qui tamē Exelsus & Magnificus Magister Justiniano audit §. 3. *Inst. proem. §. fin. de libert. l. 1. §. 3. l. 2. §. 11. C. de V. J. E.*) quando de nominis obligatione egit, Hotomannus dicit, Bachovius generali oratione DD. manifesto falsos dicit, qui, *in tit. Instit. de Liter. Obl. §. in l. 14. C. de non num. pec.* à Justiniano demum introductam esse literarum obligationem obtendunt, cum Principes anteriores, qui sunt auctores constitutionū, sub *Tit. de non num. pec.* relatarum, non uno textu de illo negotio literario agant; eamq; opinionem augere videntur Imp. Arcad. Honor. & Theod. *l. 6. C. Tb. de nunc. vel edit. reser.* in quā literarum obligationis expressa mentio fit, junctā *l. un. C. Tb. de omn. act. imped. l. 1. C. Herm. de caut. §. nō num. pec.* Quod literarū obligatio sit contractus juris civilis nominatus, cum Ludolpho Schradero, & aliis, Joh. Otto Tabor & Biccio, ad elementa juris referunt? cum tamē disquiri & possit & debeat, an adæquatum genus literarum obligationis sit contractus? nec non, quo sensu vel textu juris dicatur literarum contractus. Neq; inter prudentes Juris satis constat, quæ olim scriptura fiebat obligatio, quæq; nominibus fieri dicta, hodiè in usu non sit? Quamvis enim Theophili paraphrasis *tit. Inst. de Lit. obl. junctā d. l. 6. C. Tb. de denunc. vel edit. reser.* isti dubio resolvendo facem præferre possit, attamen interpretum ancipites conjecturæ punctum illum confuse implicant, Alciat. *ad l. 30. ff. si cert. pec. §. DD. ad l. 6. de U. S.* Hotom. J. h. t. & dubitandi rationē auget, quod Veteres Juri sapius ad nomina provocent, nam Papinianus, Pomponius, Paulus & Scævola, nomina facere *d. l. 30. §. 14. l. 16. ff. de adm. §. per. l. 41. §. ult. de fid. lib. l. 1. ff. de ann. leg.* Proculus, nummos nominibus collocare *l. 86. de leg. 3.* Modestinus  
nomen



nomen probare & agnoscere *l. 36. §. ult. ad Munic.* Ita dicitur in veteri prudentiâ nomen bonum, malum, pejus, confessum, negatum, dubium, idoneum, male contractum, integrum &c. quæ, quomodo à cautionibus & Chirographis, hodie usitatis, discrepent, haud obiter in quirendum suppeditat Vultrejus. Objectum, seu causam debendi, literariæ obligationis, Giphanius, Balduinus, Linius, Mynsinger. Schraderus, & alii, nimis restringunt, & ad mutuum duntaxat referunt, idq; non ex LL. tantum, sed ex ipsâ etiâ rubricâ evincere cupiunt. Ast Alciator Cujatius, Wisenbachius, Aug. Barbosa, Tabor eandem generaliter, ad alios insuper contractus & negotia extendunt, per *l. 14. C. de non num. pec.* quo apprimè *§. 2. Inst. de except.* facere videtur. Ceterum an obligatio, quæ ex literis oritur, sit naturalis, vel civilis, vel mixta, & an semper sit civilis sola, an post biennium mixta DD. certant. Obligationem ex literis ilicò, post expositam cautionem, cum effectu agendi, nasci & dari, docet Strauchius, ast Biccio, & Viinnius, Hotomannum in hac opinione secuti, eandem, intra biennium, nec ad probationem nec ad obligationem esse validam, sed tunc demum actionem ex eâ nasci contendunt, quando per exceptionem non potest amplius labefactari. Frantzkius ante biennium summo duntaxat jure natam esse obligationem statuit, post biennium autem eam præsumtâ mixtam naturalem censet: quod idem Bachovius innuit, & DD. dissentientes meras nugas agere clamitat. Disquirunt insuper Prudentes juris, quam actionem literarum obligatio pariat, Schraderus, & qui præterea hanc obligationem contractum nominatum statuunt, conditionem ex literis prognatam volunt per *l. 3. C. b. t.* Bachovius qui præsumtum mutuum pro causa habet, conditionem certi ex mutuo tribuit, *l. 5. C. b. t.* Mynsing: conditionem ex lege eligit *l. un. ff. de condit. ex leg.* Illa etiam Instir. Justin. verba, *dum queri non potest*: ambiguarum interpretationis sunt, quoniam sensum per querelam vulgò exponunt: cum tamen nulla ratio, sive illa sit dictionis, sive constructionis & sensus, svadeat, diphthongum in simplicem literam convertere, & per quæstionem intelligere querimoniam, seu testationem, uti cum Hotomanno, & communi DD.

Scholâ



Scholâ Vinnius intendit. Cum quæri hic, ex Legislatoris mente idem sit quod dubitari seu ambigi. Cujacius, cui Frabottus contradicit, conditionē ex Chriographo perpetuā statuit, & quæ sunt similia.

Ad ipsam exceptionem non numeratæ pecuniæ, quam Imperator in Nov. 100. ἀναγκυρίων nominat, quod attinet, miratur Baldwinus, Justinianum, cum omnia circumspectè expenderit, non aliter consuluisse veris creditoribus, quoniam temporis coarctatio illos parè contra debitores exceptionem facientes perpetuam, juvat, adeoque admodum duram & miserabilem creditorum mutuantium conditionem cum Demosthene queritur. Nec minus sunt, qui incivile & tantum non in humanum putant, cum regulariter exceptiones sint jure gentium perpetuæ, hanc esse temporalem. Maximè autem inter Legum peritos cultores controversi & dubii juris est, annon post biennium, communis illa exceptio non numeratæ pecuniæ, de quâ in l. 4. §. 16. ff. de dol. mal. & met. l. 29. pr. mand. quæque onus probandi in debitorem transfert, ultra biennii metas sit extendenda? Felin. Odofr. Strauchius, Frankius, Pacius, Vinnius, & qui ejusdem Sectæ sunt, nullum omninò post biennium dari exceptionem ex juris ratione probant. Glos. Bart. Baldus, Jason, Salicetus, Perez, Bachovius, Lindem. Cuj. Ungep. eorumque sectarii, ex legibus contrariū erui posse allaborant. Cast. Wefenbec. Gomef. Sichard. aliique; bene multi, praxin inter & theoriam distinguunt, & ita aliud in lege, aliud in foro justum atque injustum esse propugnant, quod an cum l. 10. de J. & J. & l. 31. ff. de pos. conveniat, altioris indaginis esse videtur, cum idem eodem modo non possit illæ sâ justitiâ esse justum & injustum. Quæ pauca quamvis, pro instituti programmatice ratione, extremo sensu delibata sint, firmissimi tamè argumenti esse possunt, abstrusos reconditosque in hac exceptione latitare recessus, nec non spinosa disceptationum diverticula, in quibus prudentissimi quique sæpè collidunt. Proinde *Vir Nobilissimus Dn. Johann. Christian de Bâhy/ Hof.* postquam opus legitimum, ante decennium, & quod excurrit, alacri studio cœptum, feliciter absolvit, eandem legit materiam, in quâ, pro consequendis summis in jure honoribus, suam, quam in civili doctrina



strinâ habet, fiduciam, explicare, & dicendi facundiam, differendi  
copiam, atq; interpretandi subtilitatem, ex præscripto Imperato-  
ris Valentiniani, cœtui Amplissimo publicè patefacere possit. De  
hujus itaq; Eximii Candidati laudabili vitâ, probis moribus, singu-  
lari eruditione, & honestissimo proposito, ex suffragio Venerandæ  
Facultatis Juridicæ, quædam, ne illotis manibus actum solennem  
auspicemur, in majorem veritatis fidem, præfari oportet. Na-  
tus autem Cl. noster Candidatus in celeberrimâ, quæ hic Rosto-  
chii est, Musarum sede, & à teneris annis egregiè enutritus, non po-  
tuit non, spreto voluptatum lubrico, virtute ad gloriam eniti; cum  
præprimis solers honestissimorum parentum cura ipsius infantiam  
ita formaret, ut cum lacte quasi materno imbiberet, quæ ingenuam  
indolem ad majora fingerent. Patrem Carissimū & laudat & venerat-  
ur, *Virum Nobilissimum, Amplissimum & Consultissimum Dn. Ludol-  
phum de Bähr/ J. U. L. & Advocatum in Dicasteriis patriis, Regalibus  
pariter ac Ducalibus, Celeberrimum, amicum & fautorem nostrum  
honorandum, Matrem Wendulam Wendes Rostochio oriundam, fe-  
minam pietate, modestiâ, omniq; matronarum decore, clarissimam:  
quibus parentibus, per Dei gratiam, huc dum superstites, de filio  
in laudem familiæ educato, gratulamur, & prolixiorum felicitatem  
celitus apprecamur. Avus paternus ipsi fuit Vir Nobilissimus &  
Prudentissimus Dn. Bernhardus de Bähr Patritius, Senatoriiq; ordi-  
nis Tunderæ primarius, cujus uxor lectissima Botella de Bähr. Et  
uti nihil attinet longiorem huc præclaræ originis nomenclaturam  
accessere & recensere, cum laudata Ursinorum familia in publi-  
co virtute & vetustate sit nota satis, nec minùs Candidati no-  
stri animi dotes, quibus familiæ suæ splendorem addere viribus  
omnibus contendit, perspectæ: id duntaxat referendum est, & ad  
ejus laudem proximius facere videtur, quibus subsidiis vitæ cursum  
instruxerit. Cum enim optimi parentes probè intelligerent, mul-  
tum esse à teneris assvescere, illum, sepositâ infantiam, humaniori li-  
teraturæ, cum ingenium studiis liberalibus aptum persentirent,  
manciparunt, illisq; eum domi artibus imbui curarunt, quibus ru-  
dis*



dis adhuc & tenerior ætas, in spem majoris gloriæ, exornari sive  
Positis itaq; domi, & Schlesvvigæ, sub cultissimis moderatorib9, ho-  
nestiorum disciplinarum rudimentis, illa simul virtutis semina je-  
cit, quæ olim in gloriosam potuerunt evadere messem: ea propter  
Anno 1666 in Illustre Athenæum Chiloniense, Serenissimi Cimbri-  
rum Ducis, Dni. nostri Clementissimi, auspiciis, gratiosissimè & libe-  
ralissimè tunc noviter instructum, Consilio suorum, se contulit, in-  
signemq;, non tantum philosophiæ, & philologiæ operam inpendit,  
sed & editis in illo studiorum genere speciminibus, immensum Ro-  
manæ prudentiæ latifundium ingressus est. Nec defuerunt ibidem,  
Oceani illius profunditatem sciscitaturus, prudentissimi Palinuri,  
Jcti & Antecessores ceterà consummatissimi, *Dn. Ericus Mauritius*,  
tunc Professor Primarius, hodiè in Camerâ Imperiali, quæ Spiræ  
est, Assessor gravissimus. *Dn. Henricus Michaëlis P. P.* in præsentiarum  
Syndicus Lübecensis, & *Dn. Johannes Schwend / J. U. L.* quos, tam  
publicè quàm privatim docentes, magnâ cum attentione, veneratus  
est. Exæto biennio, ad comparandam ulteriorem civilis prudenti-  
æ perfectionem, in hanc nostram Universitatem se recepit, & inter  
prospera duxit, felicitis ingenii dotes magis ibi magisq; exornare, ubi  
vitales Spiritus primum hausit, lucem conspexit, & primos edidit  
vagitus. Nec ad maj9 operæ pretium in legitimâ scientia faciendum  
contendenti Amplissimus Jctorum ordo defuit, sed potiùs feliciter  
& obstinatè in juris curriculo pergenti calcar addidit, adeoq; non  
nostro tantum, sed & Clarissimorum atq; Nobilissimorum nostrorû  
Collegarum *Dni. D. Lemkenii, Dni. D. Woldenbergii, & Dni. D. Ha-  
bermanni*, qui jam dum mortalitatem expleverunt, nec non *Dni,  
D. Radovii*, Amici nostri conjunctissimi, ductu, indefessam in stu-  
dendo diligentiam, tam publicè quàm privatim, contestatus est. Et  
ne sine tessera eruditionis abs nobis discederet, sed virium suarum,  
ex hac palæstrâ literariâ periculum faceret, Disputationem de Emri-  
one & venditione doctè conscriptam, læto cum applausu, sub Præ-  
sidio *Dni. D. Habermanni P. P.* publicè tutatus est. Quâ propter  
cum laude abs nobis discedens patriam revisit, & sva visissimos suos  
pa-




parentes lætitiâ auxit. Nec tamen diu domi commorari voluit; cui unicum id cordierat, ad majora remis velisq; contendere. Lipsiam itaq; ceu opulentissimam humanitatis officinam, cogitavit, eiq; se civem dedit. Et ibidem, cupidum, qvema attulerat, discendi animum, mox exseruit, perspicuensq; veram Jurisprudentiæ rationem non in nudâ scientiâ, sed in actione & negotiis consistere, disceptationibus pariter forensibus ipse sedulò interfuit, familiaresqve habuit non tantùm mutos & mortuos, sed & vivos & spirantes Doctores, Causarumqve Patronos. Annum itaqve cum dimidio postqvam ibidem exegisset, Dresdam, ut Aula splendorem, & qvicquid pulcherrimum hoc Theatrum curioso Spectatori subministrat, cerneret, commigravit: Interjecto autem aliquo temporis intervallo, plerisq; exoticis Academiis & Regionibus perlustratis, & Viris undiqvâq; Claris, Salutatis, in Patriam, post peregrinationis ambitum, revertitur, suis charus & bonis omnibus gratus. Tandem, ut curriculi emens, laboris superari, & impensæ operæ pretium faceret, maturo Dni. Parentis Consilio & svasu, constituit, ab nostrâ Amplissimâ Facultate licentiam, pro consequendis summis in jure Honoribus, ritè rectèq; inpetrare. Uti autem in examine nuper rigorosè satis cum illo instituto, se omninò paratum & legum scientiâ probè instructum nobis omnibus exhibuit, ita Disputationem inauguralem *de Exceptione non numerate pecunia*, pro obtinendis Summis qvæ meruit Privilegiis, habendam, eleganter & accuratè conscripsit. Huic autè actui solenni, cum dies 9. d. Augusti sit præfixus, Magnificum Dnum. Rectorem, omnesq; Litteratos & Litterarum Fautores, ad diem illum festivum exornandum augendumq; eâ, qvâ par est, humanitate & observantiâ invitamus. Adeste, S'ultis, frequentes, & honorificâ vestrâ præsentia studioq; nobis favete, & de nostrâ Facultate & Præclaro Dno. Candidato, honorificè mereri pergite, Valetè.

Rostochii, Sub Sigill. Facult. Jur: 29. d. Julij  
Anno 1677.











dis adhuc & tenerior ætas, in spem  
Positis itaq; domi, & Schlesvvigæ,  
nestiorum disciplinarum rudimen  
cit, quæ olim in gloriosam potuer  
Anno 1666 in Illustre Athenæum  
rum Ducis, Dni. nostri Clementis  
ralissimè tunc noviter instructum,  
signemq; non tantum philosophi  
sed & editis in illo studiorum gene  
manæ prudentiæ latifundium ingr  
Oceani illius profunditatem scisc  
Jcti & Antecessores ceterà consum  
tunc Professor Primarius, hodiè  
est, Assessor gravissimus. *Dn. Henr*  
*Syndicus Lübecensis, & Dn. Johan*  
publicè quàm privatim docentes, n  
est. Exæto biennio, ad compara  
tia perfectionem, in hanc nostram  
prospera duxit, felicit ingenii dote  
vitales Spiritus primum hausit, lu  
vagitus. Nec ad maj9 operæ pretiū  
contententi Amplissimus Jctorum  
& obstinatè in juris curriculo perg  
nostro tantum, sed & Clarissimoru  
Collegarum *Dni. D. Lemkenii, Dni*  
*bermanni, qvi jam dum mortalit*  
*D. Radovii, Amici nostri conjunct*  
dendo diligentiam, tam publicè qu  
ne sine tessera eruditionis abs nobi  
ex hác palæstrâ literariâ periculum  
one & venditione doctè conscript  
fidio *Dni. D. Habermanni P.P. pu*  
cum laude abs nobis discedens pat

oriæ, exornari (svevic  
nis moderatorib9, ho  
al virtutis semina je  
e messem: ea propter  
, Serenissimi Cimbri  
, gratiosissimè & libe  
orum, se contulit, in  
giæ operam inpendit,  
bus, immensum Ro  
ec defuerunt ibidem,  
identissimi Palinuri,  
*Dn. Ericus Mauritius,*  
Imperiali, quæ Spiræ  
P.P. in præsentiarum  
d / J. U. L. quos, tam  
attentione, veneratus  
orem civilis pruden  
em se recepit, & inter  
nagisq; exornare, ubi  
xit, & primos edidit  
nâ scientia faciendum  
t, sed potiùs feliciter  
addidit, adeoq; non  
lissimorum nostrorū  
*ergii, & Dni. D. Ha*  
erunt, nec non *Dni,*  
u, indefessam in stu  
n, contestatus est. Et  
sed virium suarum,  
utationem de Emri  
n applausu, sub Præ  
s est. Quâ propter  
, & svavissimos suos  
pa-

